



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Pompeius. Capvt LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

N. N.

a M. Crassus Orator sub mediocri melius artem paranda pecunie nouerat, quam eloquentia.

Pompeius.

CAPVT LVII

CNEUS Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas, ad bellicas laudes abstraxisset. Erat orationis satis amplius, rem prudenter videbat: actio vero eius habebat, & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. Pompeij meminit etiam Dionysius Halicarnassensis, & quaedam eius epistolas Graecas citat, quibus de eloquentia, & optimo genere dicendi, non imperitam tulit sententiam, sed & Graecam orationem, quam apud Prolomaeum Regem haberet, commentatum fuisse Plutarchus memorat.

a C. Pompeii apud Dionys. Halicarnass. mentio. Πομπήιος ἔχων ἐν ἐπιπέδῳ μικρὰ γυρομύκτον ὄψ' αὐτῷ λέγων ἑλληνικὸν ὃ παρασκευασθὲν χρῆσις πρὸς τὸν Πτολεμαῖον.

M. Callidius.

CAPVT LVIII

SED de M. Callidio dicamus aliquid, qui non fuit orator vnus e multis: potius inter multos propè singularis fuit: ita reconditas, exquisitasque sententias, mollis, & perlucens vestiebat oratio: nihil tam tenerum, quam illius comprehensio verborum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbitrio fingeretur, vt nullius oratoris aequè in potestate fuerit: quae primum ita pura erat, vt nihil liquidius ita liberè fluebat, vt nusquam adhaeresceret: nullum nisi loco positum, & tanquam in vermicularo emblemate, vt ait Lucilius, structū verbum videres: nec verò vllum, aut durū, aut insolens, aut humile, aut in longius ductū: ac non propria verba rerum, sed per aequa translata, sic tamen, vt ea non irruisset in alienum locum, sed immigrasse in suum diceret: nec vero haec soluta, nec disfluentia, sed adstricta numeris, non aperte, nec eodem modo semper, sed varie, dissimulanteque conclusis. Erant autem, & verborum, & sententiarum illa luxu-

Optimus metaphorarum usus.

na, quae vocant Graeci συήματα, quibus tamè insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. Qua de re agitur autem, illud quod multis in locis Iuri, consulti inuoluntur forniculis, & vbi esse, videbat, Accedebat ordo reu, plenus artis, actio liberalis, totumque dicendi placidum, & sanum genus. Quod si est optimè suauiter dicere, nihil est quod melius hoc quaerendum pures. Sed cum à nobis paulò antè dictum sit, tria videri esse, quae orator efficere deberet, vt doceret, vt delectaret, vt moueret; duo summè tenuit, vt & rem illustra. et differendo, & animos eorum, qui audirent, deuinciret voluptate. Aberat tertia illa laus, qua permoueret, atque incitaret animos: quam plurimum pollere diximus: nec erat vlla vis, atque contentio, sine consilio, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furrere, & bacchari arbitraretur: siue quod natura non esset ita factus, siue quod non confuisset, siue quod non posset. Hoc vnum illi, si nihil vtilitatis habebat, abfuit: si opus erat, defuit.

Perfectiss. eloquentia non est in suauitate.

Piso Tullij gener.

CAPVT LVIII

STUDIO autem neminem, nec industria maiorem cognoui: quanquam ne ingentio quidem, qui praestiterit facile dixerim a C. Pisoni genero meo: nullum tempus illi vnquam vacabat, aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à cogitando, itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Eratque verborum, & delectus elegans, & apta, & quali rotunda constructio: cumque argumenta excogitabantur ab eo multa, & summa ad probandum concinna, acutaeque sententiae, gestaeque natura ita venustus, vt ars etiam, quae non erat, & è disciplina motus quidam videretur accedere. Vereor ne amore videar plura, quam in illo fuerint dicere: quod non ita est (alia enim de illo maiora dici possunt) nam nec contentia, nec pietate, nec vllio genere virtutis, quaequam eiusdem aetatis, cum illo conferendam puto.

N. N.

a Laus Pisonis, qua data potius videtur à M. Tullio: cognationis, quam inscriptionis necessitati: nō est enim alio, ut tuor oratores nominatus.

C.LI.